# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.
## Fasciculus 13.
Pagine 533-577.

## Proprium de tempore.
## In vigilia epyphanie.
## In die epyphanie.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 5 2008.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2008.

# In vigilia epyphanie.

[*In vigilia epyphanie si dominica non fuerit tunc hoc modo fiat servitium.*][1]

## [*Ad matutinas.*]

*Quidam* [*clericus*][2] *solus de secunda forma loco nec habitu mutato dicat invitatorium cum cantu feriali.*[3]

1519:103r; 1531:50r.

Invit. VI.iii.



CHristus na-tus est no-bis. †Ve-ní-te a-do-rémus. 1055.



*Ps.* Ve-ní-te. 35*.

*Hymnus.* Christe redémptor ómnium. 288.

*Ant.* Dóminus dixit.[4] 494.

*Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12]. *et cetere antiphone cum suis psalmis sicut in die circumcisionis Domini,* 495. *preter nonam antiphonam que erit* Virgo verbo concépit. *quere post vesperas innocentium.*[5] 338.

*Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Notum fecit Dóminus. 505.

[*Lectio j.*][6] *Secundum Mattheum ij.* [19–23.]



IN illo témpore, Defúncto Heróde, ecce appáruit ángelus Dómini in somnis Joseph in Egýpto dicens, Surge et áccipe púerum et matrem ejus : et vade in terram Israel. Et relíqua.

*Omelia excerpta ex diversis tractatibus.*

[*Ex Haymone*[7] *et aliis.*]

OBitus Heródis [regis][8] : términum contentiónis malicióse qua nunc contra ecclésiam Judéa sevit insínuat. In somnis autem hoc signíficat : quia mórtuis mundo ángeli sunt preséntes. Quod ígitur defúncto Heróde redit ad terram Israel Jesus : finem séculi denúnciat, quando

Enoch et Helýa predicántibus : Judéi sópita modérne invídie flamma : fidem veritátis accípient. Et bene cum Judéam déserit, fúgere et hoc in nocte dícitur : cum vero revértitur, nulla non solum fuge, sed nec noctis fit méntio : quia nimírum quos ob peccatórum ténebras olim persecutóres relíquit : ipsos ad lucem fídei tandem se queréntes revísit.

℟. O Regem celi.[9] *ut in die circuncisionis, vij.* 506.

*Lectio ij.*

DEfúncti sunt enim qui querébant ánimam púeri. Ex hoc loco intellígimus non solum Heródem, sed et sacerdótes et scribas eo témpore necem Dómini fuísse meditátos. Qui consúrgens accépit púerum et matrem ejus : et venit in terram Israel. Non dixit accépit fílium suum et uxórem suam : sed púerum et matrem ejus : quasi nutrícius non máritus. Audiens autem quod Archeláus regnáret in Judéa pro Heróde patre suo : tímuit illo ire. Archeláus agnóscens leo interpretátur Heródes pellíceus sive [50v.] pellis grátia. Heródes ille qui cum Pyláto póstea : amicítiam fecit hujus Heródis fílius est frater Archelái, quem et ipsum Tybérius Cesar Lúgdunum (que Galliárum est cívitas) relegávit : fratrémque ejus Heródem successórem regni fecit.

℟. Congratulámini. *viij.* 507.

*Lectio iij.*

QUod damnáto Heróde Joseph timóre Archelái in Judéam ire fórmidans : ángelo monénte in Názareth Galilée secéssit : última preséntis ecclésie témpora désignat : quando pro ea que nunc est universáli gentis illíus cecitáte qua Christiános inquántum valet pérsequi non desístit, ácrior in quibúsdam antichrísti persecútio consúrget. Pars ígitur Judée in qua regnábat Archeláus, qui interpretátur agnóscens leo, de quo Apóstolus ait, Adversárius vester dyábolus tanquam leo rúgiens círcuit querens quem dévoret : pérfidos antichrísti sequáces osténdit. Tu autem.

℟. Confirmátum est. *vj.* 503.

*Non dicatur* [*Ps.*][10] Te Deum. *nisi dominica fuerit tantum.*

## [*Ante laudes.*] [11]

℣. Verbum caro factum est. 305.

## ℂ *In laudibus.*

*Hec sola ant.* O admirábile commércium. 509. *Sive dominica fuerit sive non ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

*Cap.* Appáruit benígnitas. 327.

*Hymnus.* A solis ortus. 320.

℣. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. 322.

*Ant.* Beátus venter. 338.

*Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.*

COrda nostra quésumus Dómine ventúre solennitátis [12] splendor illústret : quo mundi hujus ténebris carére valeámus, et perveniámus ad pátriam claritátis etérne. Per [eúndem][13] Dóminum.

## *Memoria de sancto Thoma.*

*Ant.* Opem nobis. 464. ℣. Ora pro nobis.[14] 462. *Oratio.* Deus pro cujus ecclésia. 440.

## *Memoria de sancto Edwardo.*

*Ant.* Euge serve. [830]. ℣. Justus germinábit.[15] 365. *Oratio.* Deus qui unigénitum. 531.

## *Memoria de omnibus sanctis.*[16]

[*Cum hac*][17] *Ant.* Exultábunt sancti. [191]. ℣. Mirábilis Deus. [192]. *Oratio.* Infirmitátem nostram. [192].

*Nulla fiat memoria de sancta Maria : nec etiam matutine dicantur de ea in conventu.*

## ℭ *Ad primam.*

*Ant.* O admirábile. 509.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].

*Ant.* Glória tibi Trínitas. [100].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

*Cap.* Dómine miserére. [105].

℟. Jesu Christe. [107]. *Cum cantu, sicut in vigilia nativitatis Domini cum extra dominicam contigerit : dicatur ut supra dictum est, scilicet in prima dominica adventus Domini : et cetera que ad primam pertinent.*

## [*Ad tertiam et ad alias horas.*]

ℭ *Ad iij. et ad alias horas : dicatur cantus festivalis*[18] *sicut in diebus dominicis licet dominica non fuerit super hymnum, antiphone, psalmi, capitula, responsoria, versus, sicut in die circuncisionis dicantur : cum hac oratione,* Corda nostra. 535.

*Hac die nisi dominica fuerit : non dicitur* Te Deum. *nec* Glória in excélsis. *nec* Ite missa est. *quia quasi vigilia habetur.*

# [*Vigilia in dominica.*]

ℭ *Si hec vigilia in dominica evenerit : hoc modo fiat servitium.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium a duobus rectoribus chori [in cappis sericis]*[19] *incipiatur ad gradum chori cum eodem cantu quo in die nativitatis Domini : et percantetur a choro.*

*Invit.* Christus natus est. 287.

*Ps.* Veníte. 18*.

*Hymnus, antiphone et psalmi sicut in die circuncisionis Domini dicantur* 494. *preter nonam antiphonam que erit* Virgo verbo. *quere post vesperas innocentium.* 338.

*Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Tanquam sponsus. 291.

*Et fiant ix. lectiones.*[20]

*Tres j. lectiones de sermone beati Maximi episcopi.*[21]

*Lectio prima.*

JUstíssime fratres festivitáte preséntis diéi in omne se gáudium totus ubíque súscitat mundus quia promíssus a séculis, univérso orbi Judex natus est et Redémptor. Et necésse est ut in commúne nos omnes qui futúri exáminis resurrectionísque promísse salutárem suscépimus fidem, habeámus metum quidem de Júdice : sed de Redemptóre letíciam. Omnis namque fidélis ánima timóre corrígitur : correctióne letátur. Et in hoc charíssimi quanta erga humánum genus omnipoténtis Patris dispensátio est quantáve benígnitas : ut quem Júdicem preparábat incrédulis : hunc creditúris premítteret Redemptórem quátenus precúrrens misericórdia, severitátem adventántis júdicis preveníret. Natus est ítaque Christus : sed in nativitáte ejus nostra ómnium habet vita natálem : quia qui privilégia prime nativitátis amísimus visitánte nos Christo sanctióre partu rédimus ad vitam. Péperit Virgo María : sed ipsa suum parturívit auctórem. Edidit mundo hóminem quem non suscépit ab hómine. Tu autem [Dómine].[22]

℟. In princípio erat. *j.* 496.

*Lectio secunda.*

QUid est hoc miráculi fratres ? Náscitur caro de carne : non tamen generáta per carnem. Et secréto quodam incomprehensóque concéptu, procédit de mortáli fémina divína progénies. Nec mirum sane si éxtitit divína natívitas ubi non erat humána concéptio : aut si illam matrem non violávit partus, quam cóitus non fedávit. Ait ille quoddam futurórum cónscius Esáias pópulis et
[*51r*]. géntibus signum nove salútis apériens, Ecce virgo in útero concípiet et páriet fílium : et vocábunt nomen ejus Emmánuel, quod est interpretátum : nobíscum Deus. Atque ut advertámus Novi ac Véteris testaménti unum esse consénsum, unúmque consílium : ait étiam beatíssimus Lucas evangelísta Domínice generatiónis relátor egrégius dicens, Missus est Gábriel ángelus a Deo ad Maríam vírginem desponsátam viro : cui nomen erat Joseph. Et ait ad illam, Ecce concípies in útero et páries fílium : et vocábis nomen ejus

Jesum. Jesus autem charíssimi : Latíno sermóne Salvátor dícitur. Tu autem [Dómine miserére nostri].[23]

℟. Benedíctus qui venit. *ij.* 497.

*Lectio iij.*

ECce quáliter seínvicem concordántibus senténtiis : testimónia divína confirmántur. Et cum predicántium divérsa sint témpora : non tamen divérsa narrátio. Nam partum Vírginis quem ille predíxerat : iste testátur. Quis ígitur de nativitáte Christi, quis de redemptióne cunctétur : quem et Esáias profitétur Deum : et Gábriel annúnciat Salvatórem ? Quis intácte puérpere alvum dúbitet floruísse : quod uno pene ore atque eódem spíritu proloquúntur evangelísta, ángelus et prophéta ? Ubi tanti atque tales sunt testes : non erubéscit véritas, sed audítor incrédulus confutátur. Sed jam videámus quas pro nobis notus pérferat Christus injúrias : quibúsve rursus injúrie ille virtútibus decoréntur. Et ante ómnia femíneo se sexu concípi pátitur : qui in exórdio mundi omnipoténti manu de másculo operátus est féminam. Sed hanc humilitátem nascéndi : virginális matris sublímat intégritas. Et quamvis Christus femíneo ut infans lacte pascátur : tamen ut rerum potens virgíneis nútritur ubéribus, atque ut primum illum in has séculi procéllas et fluctuántis sentínam mundi úterus matérnus effúdit : vilíssimis circundátur pannis. Pannis indúitur ille pro nobis : qui cum creáret ómnia, terras luce perfúdit, celum sydéribus adornávit : et ígnea solem claritáte vestívit. Obvólvitur quidem pannis : sed hi panni nova stella radiánte munerántur a magis, et exultántibus ángelis honorántur.

℟. Ecce Agnus Dei. *iij.* 498.

*Tres medie lectiones [de sancto Thoma]*[24] *cum versibus et responsoriis de primo nocturno [historie]*[25] *prime diei dicantur.*[26] 446.

*Lectio iiij.*

CUm beáti Thome corpus sepúlture tradéndum esset, et de more pontíficum induerétur : quod ádmodum pauci familiáres nóverant : invéntum est cilício reférto involútum, ipsáque femorália ejúsque

interióra usque ad póplites cilícina (quod ántea apud nostrátes fúerat inaudítum) repérta sunt. Quis quod séquitur sine láchrimis reférre póterit vel audíre ? Ecclésia quidem que sacro cruóre violáta fúerat vel pótius consecráta : quamvis cum multa hesitatióne et deliberatióne non módica propter metum tamen impiórum ad protestándam injúriam Dei : seípsam suspéndere ausa est a divínis. Sed tantus terror ex signis paténtibus provinciáles invásit, ut nullus omníno aut rarus fúerit qui audéret a divínis cessáre pro exhibitióne justície : aut defúnctis débitum offícium denegáre. Hoc étiam agébant ímpii : ut nomen ejus perpétuo delerétur. Tu [autem Dómine miserére nostri].[27]

*Lectio v.*

IN ómnibus his persecutórum non quiévit furor : dicéntium corpus proditóris inter sanctos pontífices non esse humándum sed projiciéndum in palúdem viliórem, vel suspendéndum esse patíbulo. Unde sancti viri qui áderant vim sibi timéntes subinférri : eum in cripta ántequam satéllites Sáthane qui ad sacrilégia perpetránda vocáti fúerant convenírent, ante altáre sancti Johánnis baptíste, et sancti Augustíni Anglórum epíscopi in sarcóphago marmóreo sepeliérunt. Ne si honorificéntius in loco altióri ipsum tumulássent : invídia impénsi honóris maléficos ad furórem incitáret : et qui in sacrum corpus manus sacrilégas audébant exténdere : in sepúlture honestátem destruéndam non formidárent desevíre.

*Lectio vj.*

IN loco autem in quo vir sanctus sepúltus est : ad laudem et glóriam omnipoténtis Dei per eum multa et magna fiunt mirácula : catervátim confluéntibus pópulis ut in áliis vídeant et in se séntiant poténtiam et cleméntiam ejus qui semper est in sanctis suis mirábilis et gloriósus. Nam et in loco passiónis ejus et ubi ante majus altáre prenotabátur humándus, et in quo tandem sepúltus est : paralítici curántur, ceci vident, surdi áudiunt, loquúntur muti, claudi ámbulant, evádunt febricitántes, arrépti a demónio liberántur, et a váriis morbis sanántur egróti, blasphémi, a demónio confundúntur. Et quod a diébus patrum nostrórum non est audítum, mórtui resúrgunt. Illo hec et plura que re- [*51v*].

férre perlóngum est operánte qui solus est super ómnia benedíctus in sécula. Amen. Tu autem.

*Et tres ultime lectiones de expositione Evangelii* Defúncto Heróde. *ut supra* 533. *cum hoc* ℣. Notum fecit Dóminus. 505. *et cum his tribus responsoriis videlicet,* 7. O regem celi. 506. ℟. 8. Congratulámini. 507. ℟. 9. Verbum caro. 310.

*Ps.* Te Deum. [41].

## [*Ante laudes.*]

℣. Verbum caro factum est. 305.

## ℭ *In laudibus.*

*Hec sola ant.* O admirábile. 509.

*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) *et ceteri psalmi.* [45].

*Cap.* Appáruit benígnitas.[28] 327.

*Hymnus.* A solis ortus. 320.

℣. Benedíctus qui venit. 322.

*Ant.* Beátus venter. 338.

*Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.* Corda nostra. 535.

## *Memoria de sancto Thoma.*

*Ant.* Opem nobis. 464. ℣. Ora pro nobis. 486. *Oratio.* Deus pro cujus ecclésia. 440.

## *Memoria de sancto Edwardo.*

*Ant.* Euge serve. [830]. ℣. Justus germinábit. 365. *Oratio.* Deus qui unigénitum. 531.

[*Tamen*][29] *Nulla fiat hic memoria de omnibus sanctis, nec de sancta Maria neque matutine de ea in choro dicantur.*

## ℭ *Ad primam.*

*Ant.* O admirábile. 509.

*Ps.* Deus in nómine tuo. (*liij.*) [95].

*Ant.* Te jure. [99].
*Ps.* Quicúnque vult. [100].
*Cap.* Regi seculórum. [104].
℟. Jesu Christe. *cum cantu quo in die nativitatis Domini, et precibus, &c.* [105].

¶ *Ad iij. et ad alias horas omnia fiant ut supra dictum est.* 536.

## ¶ *Ad [j.] vesperas.*

*Ant.* Tecum princípium. 328.
*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. [*&c.*].

*Capitulum. Esai. lx.* [1.]

SUrge illumináre Hierúsalem : quia venit lumen tuum : et glória Dómini super te orta est.

AS:85; 1519:105v; 1531:51v.[30]

7523.




7523b.

[*Hic cantus sequens dicatur super hunc hymnum ad has vesperas et in die epyphanie : et in dominica infra octavas et in ipsis octavis tam ad primas vesperas quam ad secundas vesperas.*][31]

AS:84; HS:10v; 1519:103v; 1531:51v.

8248g. Hymn. III.





Vi-númque jus-sa fún-de-re Mu-tá-vit unda o- rí- gi-nem.



5. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui appa-ru- ís-ti hó-di- e :



Cum Pa-tre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-térna sé- cu- la.



Amen.

*Hic versus dicitur in fine omnium hymnorum ejusdem metri : per totas octavas et in octava.*

℣. Omnes de Saba vénient. 8159.

℟. Aurum et thus deferéntes : et laudem Dómino annunciántes.

AS:84; 1519:104r; 1531:51v.[32]

Ant. VIII.i.



M A-gi * vi-dén-tes stel-lam di-xé- runt ad-ínvi-cem : 3654.



Hoc signum magni re-gis est : e- á-mus et inqui-rámus e- um,



et offe-rámus e- i mú-ne-ra : aurum, thus et mir-ram.



*Ps.* Magníficat. 68*.

*Oratio.* Corda nostra quesumus Dómine. *ut supra ad matutinas.* 535.

## ℂ *Ad completorium.*

AS:84; 1519:104r; 1531:51v; 1531-P:44v.

3649. Ant. VIII.ii.



LUx de lu-ce * appa-ru- í-sti Christe : cu- i ma-gi



mú-ne-ra óffe-runt al-le-lú-ya al-le- lú-ya al-le-lú-ya.



*Ps.* Cum invocárem. (*iv.*) (*&c.*) [362].

*Cap.* Tu in nobis. [364].
*Hymnus.* Salvátor mundi. [369].
℣. Custódi nos Dómine. [367].

AS:84; 1519:104r; 1531:51v; 1531-P:44v.[33]

200213. Ant. V.i.



ALle-lú- ya. * Omnes de Sa-ba vé-ni- ent al-le-



lú-ya : aurum et thus de-fe-réntes al-le-lú- ya, al-le-



lú-ya. *Ps.* Nunc dimíttis. [367].

*Preces &c. ut supra.* [401].
*Hoc completorium non mutatur per totas octavas.*

# ¶ *In die epyphanie.*

## [*Ad matutinas.*]



*Ad matutinas non dicitur invitatorium nec hymnus, sed statim post* Dómine lábia. *et* Deus in adjutórium. *incipiatur antiphona* [*solenniter in superiore gradu sic*].[34]

## *In j. nocturno.*

1. Antiphon VII.i.

AS:84; 1519:104v; 1531:51v.[35]

1303. 


[*Rectores chori dicant sic.*][36]



[*Chorus prosequatur psalmum.*][37]

Ant.



AF-férte Dómi-no fí-li- i De- i a-do-rá-te Dómi-



num in aula sancta e-jus. *Ps. Ipsum.*[38] (*xxviij.*) [162].

38

AS:84; 1519:104v; 1531:51v.[39]

2. Ant. I.v.

 4406.

PSál- li-te * De-o nostro, psál-li-te : psál-li-te re-gi



nostro, psál-li- te sa-pi- énter. *Ps.* Omnes gentes. (*xlvj.*) [208].

AS:84; 1519:104v; 1531:51v.[40]

3. Ant. IV.i.

 4155.

OMnis ter-ra * a-dó-ret te et psal-lat ti-bi : psalmum



di-cat nómi-ni tu-o Dómi-ne. *Ps.* Jubiláte Deo omnis terra. (*lxv.*) [230].

1519:104v.[41]

 8159.

℣. Omnes de Sa-ba vé-ni- ent.

[℟. Aurum et thus deferéntes : et laudem Dómino annunciántes.][42]



*Tres j. lectiones legantur de prophetia Esaie lv.* [1–5.]

*Lectio j.*

OMnes sitiéntes veníte ad aquas et qui non habétis argéntum : properáte, émite, et comédite. Veníte émite absque argénto : et absque ulla commutatióne vinum et lac. Quare appénditis argéntum non in pánibus : et labórem vestrum non in saturitáte ? Audíte audiéntes me et comédite bonum : et delectábitur in crassitúdine ánima vestra. Inclináte aurem vestram et veníte ad me : audíte et vivet ánima vestra. Et fériam vobíscum pactum sempitérnum misericórdias David fidélis. Ecce testem pópulis dedi eum : [*52r*]. ducem ac preceptórem géntibus. Ecce gentem quam nesciébas vocábis : et gentes que te non novérunt ad te current : propter Dóminum Deum tuum, et sanctum Israel quia glorificávit te. [*Et cum hec clausula terminentur.*][43] Hec dicit Dóminus Deus : convertímini ad me et salvi éritis.

*Non dicitur* Qui hodiérna die a Johánne. *&c.*[44]

Responsorium primum. V.

AS:85; 1519:105r; 1531:52r.[45]

6882.




6882a.

*Lectio ij.* [*Esaie lv.* 6–11.]

QUérite Dóminum dum inveníri potest : invocáte eum dum prope est. Derelínquat ímpius viam suam : et vir iníquus cogitatiónes suas : et revertátur ad Dóminum et miserébitur ejus : et ad Deum nostrum quóniam multus est ad ignoscéndum. Non enim cogitatiónes mee cogitatiónes vestre : neque vie mee vie vestre dicit Dóminus. Sicut enim exaltántur celi a terra : sic exaltáte sunt vie mee a viis véstris : et cogitatiónes mee a cogitatiónibus vestris. Et quómodo descéndit ymber et nix de celo, et illuc ultra non revértitur : sed inébriat terram et infúndit eam et germináre eam facit : et dat semen serénti et panem comedénti : sic erit verbum meum quod egrediétur de ore meo. Non revertétur ad me vácuum : sed fáciet quecúnque vólui : et prosperábitur in his ad que misi illud.

Hec [dicit Dóminus].

AS:85; 1519:105r; SB:cccxxi.[46]

7314. 2. Resp. VII.

7314a.




*Lectio iij.* [*Esaie lx.* 1–6.]

Surge illumináre Hierúsalem, quia venit lumen tuum : et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebra opérient terram : et calígo pópulos. Super te autem oriétur Dóminus : et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo : et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos et vide : omnes isti congregáti

sunt venérunt tibi. Fílii tui de longe vénient : et fílie tue de látere surgent. Tunc vidébis et áfflues et mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris : fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te : dromedárii Mádian et Effa. Omnes de Saba vénient : aurum et thus deferéntes : et laudem Dómino annunciántes. Hec [dicit].

3. ℟. Reges Tharsis. *ut supra ad vesperas.* 541.

## ☾ *In secundo nocturno.*

AS:85; 1519:105v; 1531:52r.[47]

4. Ant. I.iv.



REges Tharsis * et ínsu-le mú-ne-ra óffe-rent 4594.



re-gi Dómi-no. *Ps.* Deus judícium. (*lxxj.*) [245].

AS:85; 1519:105v; 1531:52r.[48]

5. Ant. IV.i.



OMnes gentes * quascúnque fe-cís-ti : vé-ni- ent et 4125.



a-do-rá-bunt co-ram te Dómi-ne. *Ps.* Inclína Dómine. (*lxxxv.*) [269].

AS:85; 1519:105v; 1531:52r.[49]

6. Ant. VIII.i.



VE-ní-te * a-do-rémus e- um : qui- a ipse est Dó- 5348.



[50]

8180. ℣. Reges Tharsis et ínsule múnera ófferent.
℟. Reges Arabum [et Saba dona addúcent].

[*Cotidie infra octavas dicatur hec antiphona.*[51]

AS:77, 85; 1519:111v; 1531:52r.[52]

3130. Ant. VII.iv.







*Medie lectiones de sermone beati Leonis pape.*[53]

*Lectio iiij.*

CElebráto próxime festivitátis die quo intemeráta Virgínitas humáni géneris Salvatórem édidit : epyphánie nobis dilectíssimi veneránda festívitas dat perseverántiam gaudiórum ut inter cognatárum solemnitátum vícina sacraménta : exultatiónis vigor et fervor fídei non tepéscat. Ad ómnium enim hóminum spectat salútem : quod infántia Mediatóris Dei et hóminum jam univérso declarabátur mundo : cum adhuc exíguo detinerétur opídulo. Quamvis enim Israelíticam gentem et ipsíus gentis unam famíliam delegísset, de qua natúram univérse humanitátis assúmeret : nóluit tamen intra matérne habitatiónis angústias ortus sui látere primórdia, sed mox ab ómnibus vóluit agnósci : qui dignátus est pro ómnibus nasci. Tu [autem Dómine].

AS:86; 1519:105v; SB:cccxxiii.[54]

4. Resp. VIII.




7112.

7112c.

*Lectio v.*

TRibus ígitur magis in regióne oriéntis stella nove claritátis appáruit : que illústrior céteris pulchriórque sydéribus : fácile in se intuéntium óculos animósque convérteret : ut conféstim adverterétur non

esse ociósum, quod tam insólitum videbátur. Dedit ergo aspiciéntibus intelléctum qui préstitit signum et quod fecit intélligi fecit inquíri : et se inveniéndum óbtulit requísitus. Sequúntur tres viri supérni lúminis ductum : et prévii fulgóris indícium inténta contemplatióne comitántes ad agnitiónem veritátis, grátie splendóre ducúntur qui humáno sensu significátum sibi veri regis ortum, éstimant in civitáte régia esse queréndum. Sed qui servi suscépit formam et non judicáre vénerat sed judicári : Béthleem preelégit nativitáti, Hierosólimam passióni. Heródes vero áudiens Judeórum príncipem natum : successórem suspicátus expávit, et mólitus necem salútis auctóri, falsum [52v.]
spondet obséquium. Quam felix foret si magórum imitarétur fidem : et convérteret ad religiónem quod disponébat ad fraudem. Tu autem.

AS:86; 1519:106r; 1531:52v.[55]

6981. 5. Resp. IV.




6981z.




*Lectio vj.*

O ceca stulte emulatiónis impíetas, que perturbándum putas divínum tuo furóre consílium. Dóminus mundi temporále non querit regnum : qui prestat etérnum. Quid incommutábilem dispositárum rerum órdinem vértere : et aliórum fácinus preoccupáre conáris ? Mors Christi non est témporis tui. Ante condéndum est evangélium : ante predicándum est regnum Dei, ante sanitátes donánde : ante sunt faciénda mirácula. Cur quod aliéni futúrum est óperis, tui esse vis críminis : et non habitúrus efféctum scéleris in solum te reátum precípitas voluntátis ? Nichil hac molitióne pérficis : nichil perágis. Qui voluntáte natus est : arbítrii sui potestáte moriétur. Consúmmant ergo magi desidérium suum : et ad púerum Dóminum nostrum Jesum Christum eádem stella preeúnte pervéniunt. Adórant in carne verbum, in infántia sapiéntiam : in infirmitáte virtútem : et in hóminis veritáte Dóminum majestátis. Tu autem [Dómine miserére].[56]

AS:86; 1519:106v; 1531:52v.[57]

6. Resp. I. 7777.












7777b.

## ℂ *In tertio nocturno.*

AS:86; 1519:106v; 1531:52v.

2886. 7. Ant. VI.







tem De- i al-le- lú-ya. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:86; 1519:106v; 1531:52v.

8. Ant. VI.



A- do-rá-te Dómi-num * al-le- lú-ya, in aula sancta 1288.



e-jus al-le- lú-ya. *Ps.* Cantáte Dómino. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:87; 1519:107r; 1531:52v.[58]

9. Ant. VI.



A- do-rá-te De- um * al-le- lú-ya : omnes ánge-li 1289.



e-jus al-le- lú-ya. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

℣. Omnes gentes quascúnque fecísti. 8160.
℟. Vénient et adorábunt coram te Dómine.

¶ *Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum ij.* [1–12].



CUm natus esset Jesus in Béthleem Jude in diébus Heródis regis : ecce magi ab oriénte venérunt Hierosólimam dicéntes, Ubi est qui natus est rex Judeórum ? Et relíqua.

*Omelia beati Gregorii pape.*[59]

SIcut ex lectióne Evangélica fratres audístis celi Rege nato rex terre turbátus est : quia nimírum terréna altitúdo confúnditur, cum

celéstis celsitúdo apéritur. Sed queréndum nobis est quidnam sit quod Redemptóre nato pastóribus in Judéa ángelus appáruit : atque ad adorándum hunc ab oriénte magos, non ángelus sed stella perdúxit. Quia vidélicet Judéis tanquam ratióne uténtibus, rationále ánimal id est ángelus predicáre débuit : géntiles vero quia uti ratióne nesciébant : ad cognoscéndum Deum non per vocem, sed per signa perducúntur. Quia et illis prophétie tanquam fidélibus non infidélibus : et istis signa tanquam infidélibus non fidélibus data sunt.

AS:87; 1519:107r; 1531:52v.[60]

6849. 7. Resp. III.

6849a.





est. †Hic.

*Lectio octava.*

ET notándum quod Redemptórem nostrum cum jam perfécte esset etátis eísdem géntibus apóstoli prédicant : eúmque párvulum et necdum per humáni córporis offícium loquéntem, stella géntibus denúnciat. Quia nimírum ratiónis ordo poscébat ut loquéntem jam Dóminum, loquéntes nobis predicatóres innotéscerent : et necdum loquéntem eleménta muta predicárent. Sed in ómnibus signis que vel nascénte Dómino vel moriénte monstráta sunt : considerándum nobis est quanta fúerit in quorúndam Judeórum corde durícia que hunc nec per prophétie donum nec per mirácula agnóvit. Omnia quippe eleménta auctórem suum venísse testáta sunt. Ut enim quiddam de eis usu humáno loquar : Deum hunc esse celi cognovérunt : [*53r*].
quia prótinus stellam misérunt. Mare cognóvit : quia sub plantis ejus se calcábile prébuit. Terra cognóvit : quia eo moriénte contrémuit. Sol cognóvit : quia lucis sue rádios abscóndit. Saxa et paríetes cognovérunt : quia témpore mortis ejus scissa sunt. Inférnus cognóvit : quia hos quos tenébat mórtuos réddidit. Tu autem [Dómine].[61]

AS:87; 1519:107r; 1531:53r.[62]

8. Resp. VIII.


6444.

DI- es * sancti-fi-cá-tus il-lú-xit no- bis ve-ní-



te gen- tes et a-do-rá-te Dómi- num : qui- a hó-di- e

6444z.




*Lectio nona.*

HUnc quem Deum ómnia insensibília eleménta sensérunt : adhuc infidélium Judeórum corda Deum esse mínime cognóscunt. Et dårióra saxis scindi ad peniténtiam nolunt, eúmque confitéri ábnegant : quem eleménta (ut díximus) aut signis aut scissiónibus Deum clamant. Qui étiam ad damnatiónis sue cúmulum eum quem natum despíciunt : nascitúrum longe ante prescivérunt. Et non solum quia nascerétur nóverant : sed étiam ubi nascerétur. Nam ab Heróde requísiti locum nativitátis ejus éxprimunt : quem scriptúre auctoritáte didicérunt, et testimónium proférunt quo Béthleem honorári nativitáte novi ducis osténditur, ut ipsa eórum gémina sciéntia et illis fíeret ad testimónium damnatiónis, et nobis ad adjutórium credulitátis. Quos profécto bene Isaac cum Jacob fílium suum benedíceret designávit : qui et calígans óculis sed prophétans : in preséntí fílium non vidit, cui tamen multa in pósterum predíxit : quia nimírum Judáicus pópulus prophétie spíritu plenus et cecus eum de quo in futúrum multa predíxit : in preséntí pósitum non agnóvit.

AS:87; 1519:107v; 1531:53r.[63]




*Dum istud ultimum Responsorium cum suo versu et cum suo* Glória. *canitur, precedat dyaconus cum subdyacono et thuribulario et ceroferario et acolito crucem ferenti, [eodem modo sicut in nocte nativitatis Domini]*[64] *omnibus in solenni apparatu indutis ad thurificandum altare, et accepta benedictione ab executore officii [per medium chori in pulpito accedant]*[65] *ad cantandum Evangelium : hoc modo incipiatur.*



1508:36v; AS:88; 1519:108r; 1531:53r; 1513:17v.[66]

IV.

sar0705. DOmi-nus vo-bís-cum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu- o.

℣. Sequén-ci- a sanc-✠-ti E-van-gé- li- i ✠ se-cúndum

Lu- ✠-cam. ℟. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne.

*Secundum Lucam iij.* [21–*iv.* 1].

1508:36v; AS:88; 1519:108r; 1531:53r; 1513:17v.[67]

Lect. III.

850113. FActum est au-tem cum bapti- za-ré- tur omnis [*iij.* 21.]

pópu- lus : et Je-su bapti-zá- to et o- ránte, a-pér-tum


est ce-lum. Et descén-dit Spí- ri-tus Sanctus corpo- rá-
li spé- ci- e si-cut co-lúmba in ip-sum. Et vox de
ce- lo fac- ta est, Tu es Fí-li- us me- us di-léc-tus :
in te complá-cu- it michi. Et ip-se Je-sus e-rat
in- cí-pi- ens qua-si annó-rum tri-gín-ta : ut pu-ta-bá-
tur fí-li- us Jo- seph. Qui fu- it He-ly. Qui fu- it
Mathat. Qui fu- it Le- vi. Qui fu- it Melchi. Qui fu- it
Janne. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it Matháthi- e. Qui


fu- it A- mos. Qui fu- it Na- um. Qui fu- it Hesli.
Qui fu- it Nagge. Qui fu- it Ma- hath. Qui fu- it Mathá-
thi- e. Qui fu- it Séme- i. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it
Ju-da. Qui fu- it Jo-hán-na. Qui fu- it Re-sa. Qui fu-
it Zo-ró-ba-bel. Qui fu- it Sa-láthi- el. Qui fu- it Ne- ri.
Qui fu- it Melchi. Qui fu- it Addi. Qui fu- it Cho- sam.
Qui fu- it Elmá-dan. Qui fu- it Her. Qui fu- it
Je-su. Qui fu- it E-li- é-ser. Qui fu- it Jo-rim. Qui


fu- it Ma- that. Qui fu- it Le-vi. Qui fu- it Sýme-on.
Qui fu- it Ju- da. Qui fu- it Jo-seph. Qui fu- it
Jo- na. Qui fu- it E-li- áchim. Qui fu- it Mé-le- a.
Qui fu- it Menna. Qui fu- it Mathá- tha. Qui fu- it
Nathan. Qui fu- it Da-vid. Qui fu- it Jes-se. Qui
fu- it Obeth. Qui fu- it Bo- oz. Qui fu- it Salmon.
Qui fu- it Na- á-son. Qui fu- it Amí-na-dab. Qui fu- it
A- ram. Qui fu- it Esrom. Qui fu- it Pha-res. Qui


fu- it Ju- de. Qui fu- it Ja-cob. Qui fu- it Y-sa- ac.
Qui fu- it Abra-he. Qui fu- it Tha-re. Qui fu- it
Nachor. Qui fu- it Se- ruch. Qui fu- it Rá-ga- u.
Qui fu- it Pha-lech. Qui fu- it He-ber. Qui fu- it Sa-le.
Qui fu- it Chá- y- nam. Qui fu- it Arpháx-at. Qui fu- it
Sem. Qui fu- it No- e. Qui fu- it La- mech. Qui fu- it
Mathu-sá-le. Qui fu- it Enoch. Qui fu- it Ja- reth.
Qui fu- it Ma-lá-le- el. Qui fu- it Chá- y- nam. Qui



fu- it Enos. Qui fu- it Seth. Qui fu- it Adam. Qui



fu- it De- i. Je-sus au- tem ple-nus Spí-ri-tu Sancto,



regréssus est a Jor-dá-ne. [*53v.*]

*Finito Evangelio, statim incipiat sacerdos in stallo suo in capa serica alta voce psalmum* Te Deum. [41].

*Dum canitur psalmus, sacerdos thurificet altare.*

## [*Ante laudes.*]

℣. Omnes de Saba [vénient. 8159.

℟. Aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annunciántes].[68]

## ℂ *In laudibus.*

AS:89; 1519:109v; 1531:53v.

1. Ant. II.i.

 1434.

A N-te lu-cí- fe-rum *gé-ni-tus, et ante sé-cu-la



Dómi- nus salvá-tor noster hó-di- e mundo appá-ru- it.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:89; 1519:109v; 1531:53v.

5344. 2. Ant. I.iii.



VEnit * lumen tu- um Hie- rú-sa- lem, et gló- ri-



a Dó-mi-ni su-per te or-ta est : et ambu-lá-bunt gen-



tes in lúmi-ne tu- o al-le- lú-ya. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:89; 1519:110r; 1531:53v.[69]

1447. 3. Ant. I.iv.



A - pértis * the-sáuris su- is ob-tu-lé-runt ma-gi



Dómi-no aurum thus et mir-ram al-le- lú-ya.



*Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:89; 1519:110r; 1531:53v.

4. Ant. IV.i.

 3700.

MAria et flúmina * benedícite Dómino : hym-



num dícite fontes Dómino allelúya. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:89; 1519:110r; 1531:53v.[70]

5. Ant. IV.i.

 5181.

TRia sunt * múnera que obtulérunt magi



Dómino : aurum, thus, et myrram Fílio Dei regi



magno allelúya. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij.–cl.*) [49].

*Cap.* Surge illumináre Hierúsalem. 541.

[*Hic cantus sequens dicatur super hunc hymnum hac die in laudibus, et in dominica infra octavas : et etiam in octava die.*][71]

AS:89; 1519:110r; HS:12r; 1531:53v.[72]

Hymn. III.

 830001.

APatre Unigénitus, * Ad nos venit per Vírgi-


nem : Baptísma cru-ce cón-se-crans, Cunctos fi-dé-les gé-
ne-rans. 2. De ce- lo cel-sus pró- di- it : Suscé-pit formam hó-
mi-nis : Factú-ram mor-te ré- di-mens, Gáudi- a vi-te lár-
gi- ens. 3. Hoc te Re-démptor qué- sumus, Il-lá-be-re pro-
pí-ci- us : Cla-rúmque nostris sén-si-bus Lumen pre-be fi-
dé- li-bus. 4. Ma-ne no-bís-cum Dó-mi-ne, Noctem obscú-
ram rémo-ve, Omne de-líc-tum áb-lu- e, Pi- am me-dé-lam
trí- bu- e. 5. Quem jam ve-nís-se nó- vimus Re-dí-re i-



tem cré-dimus, Tu sceptrum tu- um ín-cli- tum, Tu- o de-fén-



de clí- pe- o. 6. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui appa-ru- ís-



ti hó-di- e, Cum Pa-tre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-tér-



na sé- cu- la. Amen.

[*Hic cantus sequens dicatur infra octava nisi in dominica et in octava die, tunc enim sicut in prima die dicatur hymnus.*][73]

1519:110r; HS:13v; 1531:53v.[74]

Hymn. VIII.

 830001.

A Patre Uni-gé- ni-tus, * Ad nos ve-nit per Vírgi-nem :



Baptísma cru-ce cónsecrans, Cunctos fi- dé-les gé-ne-rans.



2. De ce-lo celsus pró- di- it : Sus-cé-pit formam hómi-nis :


Factú-ram morte ré-dimens, Gáudi- a vi-te lár-gi- ens.
3. Hoc te re-démptor qué- sumus, Il- lá-be-re pro-pí-ci- us :
Cla-rúmque nostris sénsi-bus Lumen pre- be fi-dé- li-bus.
4. Ma-ne no-bíscum Dó-mi-ne, Noc-tem obscú-ram rémo-ve,
Omne de-líctum áblu- e, Pi- am me-dé-lam trí-bu- e.
5. Quem jam ve-nísse nó- vimus Re- dí-re i-tem cré-dimus,
Tu sceptrum tu-um íncli-tum, Tu-o de- fénde clí-pe-o.
6. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui appa-ru- ís-ti hó-di- e,
cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, in sempi- térna sé-cu-la.



Amen.

℣. Vox Dómini super aquas.[75] pen0825

℟. Deus majestátis intónuit, Dóminus super aquas multas.

AS:90; 1519:110v; 1531:53v.[76]

Ant. VIII.i.

 3095.

HO-di- e * ce-lés-ti sponso juncta est ecclé-si- a



quó-ni- am in Jordá-ne la-vit Christus e- jus crími-na,



cur-runt cum mu-né-ri-bus ma-gi ad re-gá-les núpti- as :



et ex aqua facto vi- no le-tán-tur conví-ve al-le-lú-ya.



*Ps.* Benedíctus. 68*.

*Oratio.*

DEus qui hodiérna die unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus : usque ad contemplándam spéciem tue celsitúdinis perducámur. Per eúndem.

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Ante lucíferum. 567.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].
*Ant.* Grátias tibi Deus. [100].
*Ps.* Quicúnque vult. [100].
℟. Jesu Christe. *cum* Allelúya. [105].
℣. Qui hódie mundo apparuísti. [*ut in psalterio.*][77]
*Hic etiam versus dicitur quotidie per octavas et in octava.*

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* Venit lumen. 568.
*Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [132].
*Cap.* Surge illumináre. 541.

AS:90; 1519:110v; 1531:53v.

601687.
601687a.




℣. Reges Tharsis. 552.
℟. [Reges Arabum.][78] *sine* Allelúya.
*Oratio.* Deus qui hodiérna. 573.

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Apértis thesáuris. 568.
*Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Capitulum.* *Esaie lx.* [2.]

SUper te autem [79] Hierúsalem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur : et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui.

1519:111r; 1531:53v.[80]

Resp. VI.




7522.
7522a.

℣. Adoráte Dóminum. 7937.
℟. In aula sancta ejus. *sine* allelúya.
*Oratio ut supra.* 573.

## ℂ *Ad ix.*

*Ant.* Tria sunt múnera. 569.
*Ps.* Mirabília. (*cxviij. ix.*) [150].

*Capitulum.* *Esaie lx.* [6.]

OMnes de Saba vénient : aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino aununciántes. [℟. Deo grátias.][81]

1519:111r; 1531:53v.

6047. 6047a.




℣. Adoráte Deum.
℟. Omnes ángeli ejus. *sine* allelúya.
*Oratio ut supra.* 573.

## ℂ *Ad* [*ij.*] *vesperas.*

*Ant.* Tecum princípium. 328.
*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311]. [*&c.*]
*Cap.* Surge illumináre Hierúsalem. 541.
℟. Tria sunt. 555.
*Hymnus.* Hostis Heródes ímpie. 542.
℣. Omnes de Saba vénient. 547.

AS:90; 1519:111r; 1531:53v.[82]

Ant. VIII.i. 1205.




*Oratio.* Deus qui hodiérna. 573.

[*Hac die nulla fiat memoria.*][83]

## Notes, pages 533-577.

[1] 1519:103r.
[2] 1519:103r.
[3] AS:82. gives no indication of a ferial melody here.
[4] 1531:50r. indicates 'Dixit Dóminus. '
[5] *Post Secundas Vesperas Nativitatis Domini,* p. cxcvii. [SB:cccix.]
[6] 1519:103r.
[7] *Cf.* Haymonis Halberstat. episcopi *Homil. de Tempore xii., de SS. Innocentibus.* Migne, *Patrol.* CXVIII. pp. 81, 82. [SB:cccx.]
[8] 1519:103r.
[9] 1531:50r. has 'O regem celórum.'
[10] 1519:103r.
[11] 1519:103r.
[12] 1519:103r. 'festivitátis.'
[13] 1519:103r.
[14] 1519:103r. 'Justus germinábit.' {579}.
[15] 1519:103r. 'Justus ut palma.' {571}.
[16] 1519:103r. prints the full text and music of the memory here.
[17] 1519:103r.
[18] '*super hymnos*', 1519:103r.
[19] 1519:103v.
[20] 1519:103v. ' unde iij. prime lectiones de sermone beati Maximi episcopi de nativitate Domini : vel lectiones que sequuntur.'
[21] B. Maximi, Homilie Hyemales. In Natali Domini. Hom. ii. p. 195. [SB:cccxiii.]
[22] SB:cccxiv.
[23] SB:cccxv.
[24] 1519:103v.
[25] 1519:103v.
[26] PEN:31r. provides the texts of three responsories for the octave of St. Thomas. They appear in the appendix.
[27] SB:cccxvi.
[28] '*In Vigilia Epiphaniae in Laudibus semper dicitur capitulum* Apparuit benignitas, *secundum Ecclesiam Sarum.*' Defensorium Directorii 1488, 1495, sed omittit ed. 1497. Cf. Crede Michi 1495 '*De Capitulo in Laudibus in Vigilia Epiphanie. In Vigilia Epiphanie in Laudibus multi libri habent Cap.* Apparuit gratia Dei. *Et sic scribitur in quodam Ordinali. Alii affirmant quod in illa Vigilia, Cap.* Apparuit benignitas *dicitur in Laudibus tantum ; et hoc videtur mirabile, quia Capitulum quod habetur in Laudibus solet dici ad Terciam.* Responsio :—Apparuit benignitas *dicitur in Laudibus in Vigilia Epiphanie secundum Ordinale Sarum.*' [SB:cccxvii.]
[29] 1519:103v.

[30] In BL-52359:62v. 'dona' is set DFEDCD.DC.
[31] 1519:103v.
[32] 1531:51v. has ' aurum, et thus'. In BL-52359:61v. 'múnera' is set CB.AG.G.
[33] No flat appears in AS:84.
[34] 1519:104v.
[35] In 1519:40v. 'filii Dei' is set F.E.E D.E; other sources do not indicate the continuation 'filii Dei' with the Psalm-tone. In BL-52359:62r. 'filii' is set CB.A.C; 'Dóminum in' is set A.G.AG.F.
[36] 1519:104v.
[37] 1519:104v.
[38] 'Psalmus, Ipsum.' (ita sæpe legitur), *hoc est, Psalmus ille cujus primus versus idem est cum Antiphona mox ante citata.* [SB:cccxix.]
[39] In BL-52359:62r. the second 'nostro, psállite' is set E.F G.FE.DC.
[40] 1531:51v. has 'adóret te Deus et'. In AS:84. 'adóret' is set EFG.G.F.
[41] Presumably the final four notes, omitted in the source, given in grey in the edition, ought to be included.
[42] 1531:51v.
[43] 1519:104v.
[44] In the *Portiforium* (1556):30v. the rubric is 'Non dicatur *Qui hodiérna die a Jor*[*dáne*].' It would appear that this is a reminder *not* to sing the ℟. [*Qui*] *Hódie in Jordáne*, which is the most commonly found first ℟. of Epiphany in continental sources. In the Sarum use this is ℟. 7. of Epiphany.
[45] In AS:85. B♭ is indicated as an accidental at 'Hierúsalem' and from there through to 'orta est' as a clef. 1531:52r. has 'quia venit'. In AS:85. 'venit' is set CAB♭GFAFGACCD.CB. In BL-52359:62r. the third syllable of 'Hierúsalem' appears one note earlier. At 'te' BL-52359:62r. omits the porrectus (AGA).
[46] In AS:85. the first 'Saba' is set F.FEFDC. In AS:85. 'deferéntes' is set thus:




In 1519:105r the final 'allelúya' is set ADE.DCCBABCBA.GACAB.AG. In BL-52359:62v. deferéntes' is set DC.CBA.DCCBACGAC.GAGGF; 'annunciántes' is set G.CBCDE.CB.GAB.AGAG. BL-52359:62v. has no flat.
[47] 1519:105v. has no indication of B♭. In BL-52359:62v. 'ófferent' is set G.FE.F.
[48] In PEN:33r. 'adorábunt' is set F.F.DF.F.
[49] 1531:52r. has 'adorámus Dóminum.' AS:85. has 'adorámus Deum.' Brev-1525:41r. 1519:105v. PEN:33r. and BL-52359:62v. have 'adorémus eum.' Some non-Sarum sources, such as F-Pnm lat. 15181:164r. and I-Rvat l15. 8738:19r. indicate '*Ps.* Veníte exultémus' rather than '*Ps. Ipsum*'.
[50] While the invitatory is omitted at Epiphany, the psalm appears here. The Roman practice for this psalm (BR:233 and NR:238) includes the full antiphon before and after as well as before the

words 'Quóniam Deus', 'Quóniam ipsíus', 'Et nos pópulus', 'Quadragínta', and 'Glória Patri', a practice similar to but not the same as that of the invitatory psalm.

51 AS:85. (The third antiphon of matins.) This rubric does not appear in 1531.

52 This antiphon appears in PEN:37r. with blank music staves. In BL-52359:55v. 'et ipse fundávit' is set A C.B A.BCD.B.

53 B. Leonis in Epiph. Serm. I. *Op.* p. 25. [SB:cccxxii.]

54 In AS:86. the first 'est' is set CDA. AS:86. PEN:33v. and BL-52359:63r. have no flat at 'cujus'. BL-52359:63r. has no natural at 'dicéntes'.

55 In AS:86. 'Heródes' is set F.FE.EGFEFEDCDC. In 1519:106r. 'adoráre' is set C.DF.EFED. FGFGAB[♭]GAG. BL-52359:63r. has no flat at 'magnam'; 'mundum' is set FDEFEE.ED; 'vénimus' is set GGFG.DFGDD.C.

56 SB:cccxxiv.

57 AS:86. has 'optulérunt'; consídera' is set A.GA.FED.DFDCDED. In 1519:106v. 'se' and 'auro' have no flat; 'Domínicam' is set F.G.F.GFFEDD; 'magi' is set GA.G. In BL-52359:63v. 'se' and 'thure' have no flat. In PEN:33v. 'preciósa' is set A.G.ACBBAB.BA.

58 1531:52v. has 'Adoráte Dóminum.'

59 Gregorii M. in Evangelia, Lib. I. Hom. x. *Op.* Tom. I. 1468. [SB:cccxxv.]

60 AS:87. has 'complácuit'. 1519:107r. shows no flat at 'complácui'. In 1519:107r. 'Jordáne' is set A.ACCB.GACBABCGGEFE. PEN:34r. has a natural but no flat at 'complácui'. BL-52359:64r. has no accidentals at 'complácui'.

61 SB:cccxxvi.

62 In BL-52359:64r. 'nobis' is set GAB.AGAAG.

63 In AS:87. 'audíte' is set BCDECDCB.ABCBAB.BA. In 1519:107v. the bar-line after 'Spiritus' that indicates the entry point for the choir seems inappropriately late.

64 1519:107v.

65 1519:107v.

66 In AS:88. 'vobíscum' is set G.GAGFE.E; 'sancti' is set GGf.FE. In PEN:34v. 'Evangélii' is set F.ED.DE.DEG.G. In BL-52359:64v. 'Lucam' is set GGAGFE.E. The crosses are found in 1508:36v.

67 The 'Qui fuit' section cycles through nine small phrases. Each third phrase comes to rest on the finalis. In AS:88-89. bar lines group the 'Qui fuit *N.*' phrases in threes. This is followed in the edition. 1519:108r. groups the phrases in threes but with an irregular grouping of two near the beginning (Matathie, Amos) and with a group of four at the end (Enos, Seth, Adam, Dei).

The Sarum sources include considerable variants in the spelling of the Hebrew names, as the following list indicates : Joseph, Hely/Heli, Mathat, Levi, Melchi, Janne, Joseph, Matathie/Mathathie, Amos, Nahum/Naim/Naum, Heli/Helsi/Ely/Hesli, Nagge, Maath/Mathat/Mahath/Maaht, Matathie/Mathathie, Semei, Joseph, Juda, Johanna/Joanna, Resa, Zorobabel, Salathiel/Salachiel, Neri, Melchi, Addi, Thosan/Cosan/Cosam, Elmadan/Helmadan/Helmadam, Her, Jesu/Jhesu, Elieser/Eliezer/Eliazar/Helieser/Heliazar,

Jorym/Jorim, Matath/Mathat, Levi, Symeon/Simeon, Juda, Joseph, Jona, Eliachim/Elyachim/Elyachym/Eliakim, Melea/Melca/Melcha, Menna, Matatha/ Mathatha, Nathan/Natham, David, Jesse, Obeth/Obed, Booz/Boz, Salmon, Naason/Naasson, Aminadab, Aram, Esrom/Esron, Phares, Jude, Jacob, Isaac/Ysaac, Abrahe, Thate, Nachor, Seruch/Sarug/Saruch/Seruth, Ragau, Phaleg/Phalech, Heber, Sale, Chaynam/Cainan/ Chainam/Caynan, Arphaxat/Arphaxad, Sem, Noe, lamech/Lameth, Mathusale/Methusale/Matusale, Enoch/Henoch, Jareth/Jard, Melalehel/Malaleel, Chaynam/Cainan/Chainam/Caynan, Enos/Henos, Seth, Adam.

In the following notes numbers in parentheses refer to lines of the music.

(1) In 1519:108r. 'baptizarétur' is set A.CC.AG.AAG.FEF. In AS:88. 'omnis' is set GFED.E. In PEN:34v. 'baptizarétur' is set A.CC.AG.AAG.A.

(2) In BL-52359:64v. 'baptizáto' is set D.EG.GGF.E.

(3) In BL-52359:64v. 'descéndit' is set A.BBCb.A. In PEN:34v. no flat appears; 'corporáli' is set G.GFEG.AABG. The flat appears only in AS:88.

(4) In AS:88. 'ipsum' is set DE.G. In 1508:36v. and 1519:108r. 'ipsum' is set EFG.G. The flat appears only in AS:88.

(5) In 1508:36v. 'celo' is set GFE.F. In PEN:34v. 'celo' is set GFE.F. In BL-52359:64v. 'facta' is set AABA.GFEFFE.

(6) In 1519:108r. 'ipse' is set ABA.FFE.

(7) In 1519:108r. 'trigínta' is set D.EFG.G.

(8) In AS:88. 'fuit Mathat' is set G.FFE E.E.G. In BL-52359:64v. 'fílius' is set AAB.G.GFEF.

(10) In 1519:108v. 'Mathathíe' is set G.A.A.B. In 1508:36v. the first 'fuit' is set FF.EFG; the second 'fuit' is set ABC.BCBAG.

(11) In BL-52359:64v. 'Qui fuit Helsi' is set to the melody of the following phrase: G FFE.D E.G.

(13) In 1508:36v. and 1519:108r. 'Matháthie' is set G.A.A.B. In PEN:34v. the first 'fuit' is set C.BAG. In BL-52359:64v. 'Sémei' is set A.B.B.

(14) In 1508:36v. the first 'fuit' is set DEDCB.C.

(15) In BL-52359:64v. 'Zoróbabel' is set C.D.E.E. In PEN:34v. 'Neri' is set AGF.FEE.

(16) 1519:108v. has 'Thosan.' In BL-52359:64v. the three phrases use the music of the following line.

(17) 1519:108v. has 'Helmádan.' In 1508:36v. the second 'fuit' is set DEDCB.C. In BL-52359:64v. 'Qui fuit Her' is set to the phrase BC.CBAG.A.B; 'Qui fuit Jesu' is set to the phrase D.FFD.FEG.FE.E.

(18) 1519:108v. has 'Heliéser.' In BL-52359: the first 'fuit' is set FEEFD.C.

(19) 1531:53r. has 'Matath.' In 1519:108v. 'Sýmeon' is set A.A.B. In 1508:36v. 'Mathat' is set AGF.FEE. In 1508:36v, 1519:108r. and PEN:34v. 'Sýmeon' is set A.A.B.

(21) 1519:108v. has 'Elíachim.' Some Sarum sources have 'Melcha' F.GG.

(22) In 1519:108v. 'Máthata' is set A.GFFE.E. In AS:88. 'Mathátha' is set G.GGFE.E; the third 'fuit' is set GAB.BC. In 1508:36v. 'Mathátha' appears to be set A.GF.FE.E. In BL-52359. 'Mathátha' is set GAF.FE.E.

(24) In 1508:36v. the second 'fuit' is set DEDCB.C. In AS:88. 'Booz' is set D.DCB.

(25) In 1508:36v. 'Naáson' is set C.D.E; the third 'fuit' is set FEF.G. In BL-52359. 'fuit Naáson' is set FED.C D.E.E.

(28) In PEN:34v. the second 'Qui' is set FE.

(29) In AS:89. 'fuit Ragau' is set GABBC.G A.A.

(29) In 1508:36v. and PEN:34v. 'Ragau' is set as two syllables, G.AA.

(30) In 1519:109r. 'fuit Heber' is set FED.EFG FE.E.

(31) In 1519:109r. 'fuit Cáynan' is set DE.DCBCD C.CB.B; 'fuit Sem' is set FEEFDC.D E. In AS:88. 'Cháynan' is set DC.CB.B; the third 'fuit' is set FEFD.CD.

(33) In 1519:109v. 'Mathúsale' is set G.G.A.B. In 1508:36v. the second 'fuit' is set FF.EFG. In AS:88. 'Mathúsale' is set G.A.A.B.

(34) In 1519:109v. 'fuit Malaléel' is set ABC.BCBA G.A.B.B; 'Chaynan' is set C.BBA.A. In AS:88. 'Malaléel' is set G.A.B.B; 'Cháynam' is set DC.CB.B.

(35) In AS:88. the second 'fuit' is set FEFD.CD.

(36) In AS:89. 'fuit Dei' is set AGFEF.G AGFFE.E. In 1508:36v. 'Dei' is set AGF.FEE. The conclusion, beginning at 'Spíritu', appears in GS:pl. j.

[68] 1519:109v.

[69] In BL-52359:65v. 'Dómino' is set BC.B.A.

[70] In 1519:110r. 'magno' is set F.FED. In BL-52359:65v. 'magno' is set Fe.Dc.

[71] 1519:110r.

[72] In stanza 2. 1531:53v. begins 'E celo.' In stanza 5. SB:cccxxx. has 'íterum'. 1531:53v. shows simply 'item'. In staza 2. 1519:110r. has 'Excépit' in place of 'Suscépit'.

[73] 1519:110r.

[74] HS-1541:13v. and HS-1555:13v. indicate B♭ at 'per' and 'cónsecrans' in stanza 1. and similarly in the following stanzas. In staza 2. 1519:110r. has 'Excépit' in place of 'Suscépit'.

[75] 1519:110v. has 'super aquas multas.'

[76] In 1519:110v. 'ecclésia' is set GF.GA.A.G.

[77] 1519:110v.

[78] 1519:111r.

[79] 1519:111r. omits 'autem.'

[80] In BL-52359:66v. 'Tharsis et ínsule' is set G.F F F.F.F; 'Arabum et Saba' is set G.F.F F F.F.

[81] 1519:111r.

[82] 1531:53v. omits 'suis'.

[83] 1519:111v.